

rendum viam, usque ad summum cœli, allel.

ŷ. Dominus virtutum, allel.

g. Ipse est Rex gloriæ, allel.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 14. v. 28.

In illo tempore: dixit JESUS discipulis suis: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem. Et reliqua.

Homilia S. Anselmi Episcopi.

De excelent. B. V. M. c. 6.

Si gaudium habuit beata VIRGO MARIA eodem suo Filio secum in carne degente, si gaudium habuit eodem Filio, calcata morte, ab inferis resurgente, non minori gaudio exultavit suo Filio in eâ carne, quam de se assumptam noverat, coram oculis suis cœlos penetrante, quis hoc dixerit: immo quis gaudium ejus omnibus, que illud præcesserunt, gaudiis non crediderit eminare. Tu.

g. Gaude et lætare, VIRGO MARIA, * Quia Filius tuus JESUS assumptus est in cœlum, et sedet à dextris Dei, allel. allel. ŷ. In Domino gaudebo, et exultabo in JESU Filio meo.—Quia.

LECTIO 8.

Bonæ matres solent in hoc mundo exhibitari, cum vident Filios suos terrenis honoribus sublimari: et ista Mater proculdubio bona non ineffabili gaudio lætaretur, quando Filium suum unigenitum omnes cœlos dominandi jure penetrare, ac in Dei Patris Omnipotentis vidit concessum ascendendo pertingere? Immo quid huic gaudio fuit unquam simile? Quid in medium prolatum saltem per illud aliquo modo possit mens humana in istud aciem dirigere? Tu.

g. Attolite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æterna-

les, * Et introibit Rex gloriæ, allel. ŷ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio.—Et introibit. Hoc g. non dicitur in diebus infra octav.

LECTIO 9.

Ista, fratres, dicimus dulces habentes, et vos dulces habere cupientes, semper volvere in memoria amorem et gaudium hujus Domine, quibus juxta exundantia in Deum, et Deo jucundabatur tota illa substantia. Nihil enim utilius post Deum memoriâ Matris ejus, nihil meditatione pii amoris, quo ferebatur in memoriâ et contemplatione Filii sui, nihil jucundius sapere pertracti gaudii ejus, quo multipliciter pascebatur in eodem, et per eundem Filium suum. Tu.

ŷ. Viri Galilæi, quid statis hic aspicientes in cœlum? * Ascendit Christus in altum, allel. volavit super pennas ventorum, allel., et sedet à dextris Dei, allel. allel. ŷ. Hic JESUS, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.—Ascendit.—Gloria.—Viri. In diebus infra octav. Ascendit.

AD LAUDES

Et per Horas antiphonæ.

1. Exaltabo te, * Domine, quoniam suscepisti Filium meum ad te, alleluia.

2. Videntibus illis, * elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum, alleluia.

3. Elevatis manibus * benedixit eis, et ferebatur in cœlum, allel.

4. Exaltare * super cœlos, Filii mi, et super omnem terram gloriæ tuam, alleluia.

5. Omnis pulchritudo * Domini exaltata est hodie super sidera.

CAPITUL. Act. 1. 2.

Cumque intuerentur in cœlum euntem illum: ecce duo viri asserunt juxta illos in vestibus albis.

HYMNUS 59. Salla.

Cogens parentem linquere,
Quæ causa tanta suppetit
Nato petenti sydera,
Secum vaienti tollere?

Ut manentes infantulos
Natos recens Baptismate,
Et nascituros postmodum
Lactet, secundet, protegat.

Magna utriusque charitas
Suis alumnis præstita,
Sese libens ab invicem
Ambos revelli sustinens!

Queis suos sic amantibus,
Sat de suis agentibus,
Quis fidat haud tutissimè?
Quis non amet medullitibus?

Amor petit fiduciam,
Amore amor rependitur;
Par ergo diligentibus,
Par spesque, amorque reddito.

Qui summa tranans ætera,
Nobis Parentem deserit,
Cum Patre et almo Spiritu.
Laudere, Christe, in sæcula. Am.

ŷ. Exaltate Regem regum, allel.
ŷ. Hymnum dicite Deo, allel.
Ad Benedict. ant. Dominus JESUS,

postquam locutus est discipulis suis, videntibus illis, assumptus est in cœlum, et nubes suscepit eum ab oculis eorum, et sedet à dextris Dei, allel., allel.

Oremus. Oratio.
Præستا, quesumus, Omnipotens Deus, ut qui de Ascensione Filii tui unigeniti cum beatâ MARIA semper Virgine congaudemus in terris, æternis gaudiis, ipsâ interveniente, perfruamur in cœlis. Per eundem.

AD PRIMAM.

Ant. Exaltabo Capitul. Cumque de Laudibus.

ŷ. br. Quæ Filium tuum euntem in cœlum vidisti. Et dicitur per octav.

CANON.

Ex Concilio Illyrico.
Ant. 365.—Concil. Tom. 3. p. 229.
290. Confitemur consubstantialem Dei Patris Filium vixisse carnem ex Sacrà Virgine, inter homines habitasse, impioisque omnem pro nobis œconomiam, nascendo, patiendo, resurgendo, et in cœlum ascendendo. Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. act. 1. 11.

Hic JESUS, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.

ŷ. br. Ascendit Deus in jubilatione, * Alleluia, alleluia.—Ascendit.—ŷ. Et Dominus in voce tubæ.—Allel.—Gloria.—Ascendit.

ŷ. Non turbetur cor vestrum, alleluia.
g. Vado parare vobis locum, alleluia.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. act. 1. 12.

Tunc reversi sunt Jerosolymam à monte, qui vocatur Oliveti, qui est juxta Jerusalem, Sabbati habens iter.

ŷ. br. Non turbetur cor vestrum, * Allel. allel.—Non.—ŷ. Vado parare vobis locum.—Allel.—Gloria.—Non turbet.

ŷ. Dominus in cœlo, * allel.
g. Paravit sedem suam, allel.
AD NONAM.

CAPITULUM. act. 1. 14.

Omnes erant perseverantes unanimitèr in oratione cum mulieribus, et MARIA Matre ejus, et fratribus ejus.

ŷ. b. Dominus in cœlo, Alleluia, alleluia.—Dominus. ŷ. Paravit sedem suam. Allel.—Glor.—Do—
15

minus. y. Non potes me modo sequi, allel. y. Sequeris autem postea, allel.

IN II. VESPER.

Psalmi ut in 2. resp. Solemn. antiph. de Laud. Capit. et y. 1. Vesper.

HIMNUS. 60. *Solla.*

Nos ergo. Mater optima,
Grates tibi rependimus,
Amore nostri quæ lubens
Terrena præfers culcibus.

Absente Christo, parvula
Quæ lacrymanti Ecclesie
In orbitate cælitus
Datum nos solatium.

Quæ filios hujus, sicuti
Gallina pullos incubans,
Sancto tuarum subditos
Foves alarum tegimini.

Quæ qualis ales regius
Prolis volatum provocans
Exemplo et ore promoves
Ascensionis mentium.

Queis nos eò fac progredi,
Ut sanctitatis culmina
Nacti astimemur perpetis
Digni beatitudinis.

Qui jam paternâ in dextera
Per Parentem nos protegis,
Cum Patre et almo Spiritu
Laudere, Christe, in sæcula. Am.
y. Quando veniam, alleluia.
y. Et apparebo ante faciem
tuam, alleluia.

Ad Magnif. ant. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius Virginis MARIE, qui est in cælo, allel. allel. Orat de Laud.

*Completor. de Dominica.
In diebus infra octav. officium fit (nisi occurrat festum novem Lection.) omnino ut in die cum Psalm. et Lectionibus 1. Noct. de ferid occurrant.*

FER. VI. INFRA OCT.

Semiduplex.

Omnia ut in die. Lect. 1. Noct. de fer. occur.

IN II. NOCT.

Sermo Ven. Petri Blesensis.

Sermo de Assumpt. 33.

LECTIO 4.

Matrem suam Christus relinquerat ad tempus in terris, donec omnia, quæ familiaris in Filio viderat, et in corde suo diu contulerat, discipulis communicaret, atque juxta vetus eloquium, contrito capite serpentis antiqui, creditum cordibus fidem et amorem Christi impressius et firmius intinaret, Christique Ecclesiam, quam erudiendam in ejus Ascensione recuperat, Filio suo sine ruga et macula representaret. Tu. y. Confitebuntur.

LECTIO 5.

Videbatur Christo, quod non totus ascendisset in cælum, donec illam ad se traxisset, de cuius carne, et sanguine traxerat corpus suum. Desiderio ergo desiderabat Christus habere secum vas illud electum, Corpus Virginis dico, in quo sibi bene complacuit, in quo nihil quod divinitati possit displicere reperit: quod omnium virtutum affluentia, omnium cælestium odore perfudit. Tu. y. Gloriosus.

LECTIO 6.

Hæc est in cuius utero ex diversis speciebus confectus est manu Spiritus Sancti mirabiliter et ineffabiliter illud tymmiama, quod Christus assistens Pontifex futurorum bonorum in arâ crucis Deo Patri sacrificium obtulit vespertinum. Ratione hujus tymmiamatis odorifera facta est, et suavis in deliciis suis sancta Dei Genitrix. Tu. y. Paulò minus.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 14. v. 28.

In illo tempore: dixit JESUS Discipulis suis: Si diligeritis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem. Et reliqua.

Homilia S. Bernardini Senensis. Sermo de Ascens. Dom. art. 1. c. 3.

Predictis igitur in conaculo sancto Sion cum inexplicabili charitate et devotione completis, tunc sicut Lucas refert, exiit eos foras in Bethaniam. Et foris non inconvenienter intelligi potest, quod eos præcedendo corporali incessu eduxerit per illud via spatium usque ad montem Oliveli, undè ascensurus erat ad Patrem. Tu. y. Gaude.

LECTIO 8.

Potuit quippe pius JESUS hoc ad consolationem pusilli gregis, quem statim relicurus erat, corporali præsentia taliter facere, quod eum solum videret Virgo Mater, alique Discipuli, qui cum Domino tunc in monte Sion fuerint congregati, suo aspectu aliis Judæis denegato. y. Viri Galilæi.

LECTIO 9.

Porrò nulli dubium est, quòd reverenda Mater cum sanctis mulieribus, et apostoli cum cæteris discipulis ad montem Sion fuerint congregati cum multa devotione, et mentis ardore, ut inde Salvatorem conspicerent ascensurum. Tu. Te Matrem. p. 3.

CANON.

§. 3. In antiphonis in fine officii.

Ex Breviario Romano.

Rub. 36. n. 1. 2.

291. Antiphonæ Beatæ MARIE.. singulæ dicuntur pro temporis diversitate... præterquam in triduo

majoris Hebdomadæ, extrachorum, tantum in fine Completorii, et in fine Matutini, diebus Laudibus, si tunc terminandum est officium, alioquin si alia subsequatur hora, in fine ultimæ Horæ. In Choro autem semper dicuntur, quando cumque, terminata aliquâ Horâ, descendendum est à choro. Tu.

SABB. INFRA OCT.

Semiduplex.

Omnia ut in die. Lection. prim. Noct. de Ferid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Hieronymi Presb. Epistola ad Paul. et Estoch.

LECTIO 4.

Quòd si queritur post Ascensionem Domini, quid beata Virgo egerit, unum pro certo est, quia Virgo Sancta corpore et mente permansit: quam sanè Angelus Gabriel, ac si celestis paramphus, intactam custodivit. Tu. y. Confitebuntur.

LECTIO 5.

Et Joannes Apostolus et Evangelista, cui Christus eam de cruce commisit, Virgo Virginem servavit, suisque ei deservivit obsequiis. Cæterum ad exemplum humane vite, conversatio ejus post Ascensionem Christi generaliter cum Apostolis fuit, quousque disperguntur. Tu. y. Gloriosus.

LECTIO 6.

Hoc sanctus Lucas meminit, dicens: quòd regressi quidem à monte Oliveli, Jerosolymam venerunt et ascenderunt in conaculum, ubi manebant Petrus et Joannes; et Jacobus, et Andreas, Philippus, et Thomas, Bartolomæus et Mattheus, Jacobus Alpha, et Simon Zelotes, et Judas Jacobi: hi omnes, inquit, erant perseverantes unanimiter in oratione cum MA-

Ex Breviario Romano.

Ut supra n. 3.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 14 v. 28.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis, si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem. Et reliqua.

Homilia S. Bernardini Senensis.

Serm. de ascens. Dom. art. 1. c. 3.

Ibi quoque illi beati Spiritus Sanctorum Patrum, quorum forte multi aderant in corpore gloriosi, quos educens Dominus de inferno, in terrestri collocaverat paradiso, jussu Domini astiterunt. Ad est itaque dilectus JESUS medius inter has duas turmas, utrasque in seipso, et invicem mirando amore connectens. Tu.

ꝯ. Gaude et lætare.

LECTIO 8.

Utrum autem benedictus JESUS aliquos de Sanctis Patribus, qui astabant, Virgini Matri cæterisque apostolis conspiciendo monstraverit, qui et eos sint familiariter colloqui, non est absurdum credere, licet sit temerarium affirmare. Tu. ꝯ. Viri Galilæi.

LECTIO 9.

Pie tamen pensandum est, quòd licet Apostoli illum sanctorum exercitum non viderent, cum nihilominus Sancti Patres cum multà jucunditate cernebant illam Sanctissimam Virginem Domini sui Matrem, sed et illum Dominam et Reginam suam in cujus ventris benedictione, et ipsi à captivitate educati erant, et beatitudinis gloriam consecuti. Tu.

Te Matrem.

292. Antiphona: Beata MARLE dicuntur flexis genibus (præterquam in diebus Dominicis, à primis Vesperis Sabbati, et toto tempore paschali) Hebdomadario tamen ad Orationem surgente. Tu.

DOM. VI. POST PASCH.

INERA OCT. ASCENS.

Semiduplex.

Omnia ut in die Ascensionis præter sequentia.

IN I. NOCT.

De cantico canticorum.

LECTIO 1. c. 8. v. 1.

Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, et deosculer te, et jam me nemo despiciat? Apprehendam te, et ducam in domum matris meæ; ibi me docebis, et dabo tibi poculum ex vino condito et mustum malorum granatorum meorum. Tu. ꝯ. Quis est iste.

LECTIO 2.

Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Adjuro vos, filia Jerusalem, ne succitelis, neque evigilare facialis dilectam, donec ipsa velit. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, dilicis affluens, innixa super dilectum suum? Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est Mater tua, ibi violata est Genitrix tua. Tu. ꝯ. Revertere.

LECTIO 3.

Pone me, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est, ut mors dilectio, dura sicut infernus emulatio: lampades ejus, lampades ignis aique flammarum. Aquæ multæ non poterunt extinguere chari-

tatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Tu. ꝯ. Quo abiit.

IN II. NOCT.

Ex verbis Ven. Ruperti Abbatiss super Canticum canticorum. Libr. 7.

LECTIO 4.

Ista admirativa perconlatio: quis mihi det te, similis illi est: undè hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Et ista exultatio, inveniam te foris, et deosculer te, et jam nemo despiciat, similis illi responso tuo ad Angelum: ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Similis namque est, vel quæ hæc dicit, sicut decet filiam similem esse Matri. Tu. ꝯ. Confitebantur.

LECTIO 5.

An non tu Mater ejus, quæ vitam et salutem peperisti? An non filia tua hæc est, videlicet imitatione fidei? Si Abraham pater gentium, et Sara mater gentium rectè dicitur, et est, videlicet propter fidem, quanto magis tu, o fidelissima fidelium Mater, et omnium nostrum? Propterea dicit ista valde attonita propter auditum supra dictum magnà gaudii multitudinem. Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meæ? Fratrem suum dicit dilectum suum, et describit eum dulci descriptione sugentem, inquam, ubera matris meæ. Cujus matris meæ, nisi Virgini MARLE? Tu.

ꝯ. GLORIOSUS.

LECTIO 6.

Propterea de Patre nihil dixit, quia videlicet in fratre isto, ut conciperetur, vel nasceretur, fieretque filius naturæ, vel carnis nostræ, vir nihil paltravit. Totus qui

frater noster est, de matre est. Matris ubera suxit, sed non de Patris radice fluxit. Mater ista mater est, quia caro ista, caro nostra, et fides ista fides tua, o MARIA, fides nostra est. Non se capit intus magnitudo gaudii, intus in corde credentis, et felicitatem suam admirantis, quam: Deus filius Dei frater ejus factus sit, frater ejus, o Mater, ex te, cujus ubera suxit. Tu.

ꝯ. Paulò minùs.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 14. v. 28.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem. Et reliqua.

Homilia S. Anselmi Episcopi.

De excelent. B. V. M. c. 7.

Immensitatem gaudii beatæ MARLE Virginis in Filii ascensione quis considerabit, qui non in ipsa consideratione penitus ab eâ opprimatur? Et si causa gaudii tanta est, gaudium ipsum quale ac quantum erit? Sed o bone JESU, ipsius tuæ dulcissimæ Matris Filii, quomodo potuisti pati, ut in regnum tuæ gloriæ remeante, illam quasi orbam in miseris mundi relinqueres, et non eam statim tecum regnaturam assumes? Tu.

ꝯ. Gaude.

LECTIO 8.

Fortassis, Domine, ne tuæ celestis curiæ veniret in dubium, cui potuiss occurreret, tibi, videlicet, Domino suo, cum post regnum tuum in assumptâ carne pelenti, an ipse Domine suæ ipsum regnum jam suum materno jure affectum ascendenti... Nam ut in partibus suo occursu divideretur, quantenus pars tibi, et pars illi in pri-

Infra oct. mo adventu obsequeretur, non deceret asimo, præsertim cum tota sit tua, totaque per te eadem cœlestis curia sita. Tu. *ñ.* Viri Gallia.

LECTIO 9.

Prudentiori ergo et digniori consilio usus, præcedere illam volebas, quatenus et locum immortalitatis in regno tuo preparares, ac si comitatus tota emia tuâ festivus ei occurreres, eamque sublimius, sicut decebat, tuam Matrem ad leipsum exaltares. Evidem non est abs re credere ipsam his de causis Matrem suam præcessisse, cum ipse idem unigenitus hujus beatissimæ Virginis promiserit suis discipulis, si se abierit eis locum in cœlesti sede preparaturum. Si ergo locus ab eo preparabatur ad honorem et gloriam discipulorum, quomodo non prepararetur ad honorem et gloriam Matris suæ, Dominae, scilicet et Reginae Angelorum. Tu. Te Matrem. *p.* 5.

Ad Bened. ant. Vado parare tibi thronum tuum in regno meo, et uno tantum solio te præcedam, allel. allel.

Oremus.

Oratio.

Præsta quæsumus, omnipotens Deus, ut qui cum beatâ Virgine MARIA in Ascensione Filii tui gloriamur, perpetuæ in cœlo capiamus gaudia vite. Per eundem Dom.

CANON.

Ex Decreto Sacri. Rituum Congregationis.

10 Jan. 1693. in *una Galliar.*

293. Antiphona Beatæ MARIE Virginis «Ave Regina Cœlorum» semper dici debet die 2. Februarii, etiam si Festum Purificationis transferatur, vel habeat Octavam. Tu.

Ad Magnif. ant. Pone me, ut signaculum super cor tuum, ut sig-

Infra oct. Ascension.

naclum super brachium tuum, allel. allel.

FER. II. INFRA OCT. ASCENS.

Semiduplex.

Omnia ut in die. Llection 1. Noct. de serid occur.

IN II. NOCT.

Sermo. S. Hieronymi Preshb. *Epist. ad Paul et Estoch. c. 4.*

LECTIO 4.

Hi omnes, inquit Sanctus Lucas, erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, et MARIA Matre JESU, et fratribus ejus. Ecce, JESU ascendente, cum quibus Virgo vacat in schola virtutum, et meditatür in lege mandatorum Dei, ut et ipsa sit forma disciplinæ Christi, et exemplum perfectionis virginibus. Tu. *ñ.* Confitebuntur.

LECTIO 5.

Conversatur autem cum testibus sanctæ Resurrectionis, et ipsa testis. Conversatur cum senatoribus cœli intra curiam paradisi sub Spiritus Sancti disciplina, et magisterio totius divinitatis. Invenitur prima beata MARIA inter primas summi Regis cohortes, quorum vita jam non erat de terris, in quibus Christus præliabatur, sed de cœlis. Tu. *ñ.* Gloriosus.

LECTIO 3.

Hinc ascendisse leguntur in cœnaculum, in quo pascha dignissime celebrabatur: ibi quippe dignissime cum MARIA Matre JESU, unanimiter aspirati in charitate, perseverantes in oratione, donec induerentur virtute exalto. Tu. *ñ.* Paulô.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 14. v. 28.

In illo tempore: Dixit JESUS Di-

Infra oct. Ascension.

231
singulis diebus post completorium canetur Salve Regina in quâlibet Ecclesia, altâ voce, cum versu Ora pro nobis, et oratione Concede. Tu.

FERIA III. INFRA OCT.

Semiduplex.

Omnia ut in die Ascen. Lect. de Scrip. feria occur.

IN II. NOCT.

Sermo S. Thomæ Arch. Valentini. *Concio 4. in assumpt. B. V. M.*

LECTIO 4.

Post Ascensionem verò Filii in cœlum, nihil de illâ legimus, nisi quod (ut fertur) oratorio clausa, mysteria omnia quæ viderat, et audierat, animo retractabat: assidue mente percurrrens, quomodo cum concepit, quomodo peperit, quid in templo ei dictum sit à Simeone, quid cum illo sustinuit in Ægypto, verba, miracula, doctrinam, conversationem, mortem, resurrectionem, ascensionem et cœtera omnia, quæ Virgo prudentissima, et sapientissima in corde suo assidue conferbat, et prout optime noverat, discipulos edocebat. Tu. *ñ.* Confitebuntur.

LECTIO 5.

Hæc omnis Virginis vita. Hæc totius peregrinationis ejus brevissima summa. Cæterum: quos in hæc vita sublimi et cœlesti vitâ gaudiorum motus pertulerit, quos Spiritus Sancti afflatus persenserit, nemini mortalium cognitum est: sola novit, quæ sola illo irradiante, et Spiritu obumbrante meruit experiri. Tu. *ñ.* Gloriosus.

LECTIO 6.

Ac prouide, quamvis de Virgine sacra nihil ferè aliud in Evangelio referatur, nisi quod Filium Dei Spiritu Sancto conceperit, et aluerit, ex hoc ejus fastigio tam ampla et immensa cogitandi et enarrandi

scipulis suis: Sidiligeritis me, gauderetis utique quia vado ad Patrem. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Serm. 6. in ascens Dom.

Hodiè sedenti in throno Antiquo dierum consensurus oblatas est Filius hominis, et erit deinceps non modò germen Domini in magnificentia et gloria, sed et fructus terræ sublimis. Felix unio et amplectendum ineffabilibus gaudiis Sacramentum. Idem enim et germen Domini, et fructus terræ, idem et ipse Dei Filius, et fructus ventris MARIE est. Tu. *ñ.* Gaude.

LECTIO 8.

Idem Filius David et Dominus, de quo hodiè gaudium ejus impletum est, undè olim præcipientis aiebat: Dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis. Quomodo enim non Dominus germen Domini? Idem tamen et Filius ejus, utpote fructus terræ sublimis, fructus virgæ, quæ de radice Jesse processit. Tu. *ñ.* Viri Gallia.

LECTIO 9.

Hodiè igitur suum hunc et hominis Filium apud semetipsum Patrem clarificat claritate quam habuit, priusquàm mundus fieret apud ipsum. Hodiè veritatem, quæ de terrâ orta est, cœlum sibi redditam gloriatur. Hodiè Sponsus auferitur à filiis, et legendum eis est, sicut ipse prædixit: non enim poterant filii Sponsi lugere, donec Sponsus cum eis erat: sed veni dies, ut auferatur ab eis, ut de cœlo luceant, et jejunent. Tu. *ñ.* Te Matrem.

CANON.

§. 4. In Antiphona «Salve Regina.» Ex Concilio Toletano apud Rupem fidelem.

An. 1302.—cap. 12.—Lab. T. 7. col. 1256.

294. Duximus ordinandum, ut

Infra oct.
nobis insurgit Historia, ut tot Sanctorum voluminibus, non modo nequeat exhauriri, sed neque pro merito attingi. Majora enim et sublimiora fuerunt, quam ut humano sensu valeant comprehendere. Unde cum finierit homo de eâ loqui, tunc incipit: imo necdum se incepisse cognoscit. Et cum nunquam ab ejus laude cessaverit, nihil aliud invenit, nisi voluisse ediscere. Tu. *ŷ.* Paulô.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 14. v. 28.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Si diligeretis me, gauderetis utique quia vado ad Patrem. Et reliqua.

Homilia S. Bernardini Senensis. *Sermo de Ascens. Dom. Mart. 1. c. 3.*

Astans igitur Filius in monte Olivæ cum dulcissimâ Matre, et Discipulis suis, cepit eorum commotâ corda ex tali separatione blandis sermonibus demulcere, multâque benignitate consolatus est eos. Deinde ad prælia futura exhortans illos, prædixit eis: in mundo præsuram habebitis, in me autem pacem. Estote ergo fortes in bello, et pugnatæ cum antiquo serpente, et accipietis regnum æternum. Tu. *ŷ.* Gaude.

LECTIO 8.

Tunc Matrem quanto putas ardore commotam, quantoque in gloria desiderio ferebatur. Nonne tibi videtur ipse JESUS blanda quasi excusatione Matri ostendere desiderium, quo ferebatur ad eam, et quasi verbis apertis dicat: O mea verè et mea natura genitrix, et mea peregrinationis sedula ministratrix et particeps omnium laborum meorum: quæ ultimò mecum

Ascension.

per compassionem fuisti cruci affixa? Maternæ dilectionis teneritudo requireret, ut nunc mecum in gloria absorberem, nisi horum dilectorum filiorum, pusillique gregis indigentia relineret, quibus te matrem, consolatricem, atque magistræ intimâ pietate relinquo, teque ipsæ et Reginam et Matrem et Dominam recommendo. Tu. *ŷ.* Viri Galiliæ.

LECTIO 9.

Iterum, dilecta Mater, veniam ad te, et ad me ipsum assumam te, ut ubi ego sum, et tu in æternum sis mecum: quia claritate, quam dedit mihi Pater, dabo tibi, quam fidelissimâ charitate tibi reservo. Et tu, mi dilecte Joannes, memento dilectionis et gratiæ quæ semper tibi mea probasti ostendisse præcordia, dormisti super hoc pectus sanctæ Trinitatis sacramentum, recommendata tibi mea Matris in cruce diligenter exequaris officium: nam denum per incendium sancti amoris ad meum finaliter deduceri amplexum. Tu

Te Matrem Dei.

CANON.

Ex Concilio Mediolanensi Tertio. *An. 1575. - Concil. Tom. 35. p. 226.*

295. Curet Episcopus, ut singulis Sabbatis Sanctissimæ Virgini Deique Matri MARLE dicatis diebus, statuta illa et solemnitas, quæ veteri Ecclesiæ instituta, perpetuam de eâ usu dicitur, antiphona, Salve Regina, vel alia pro ratione temporis, in parochiali tum urbana, tum diocesana [unaquaque Ecclesiâ à Parrocho et reliquis illius parochiæ Clericis, quibus ab Episcopo jussus erit, sub vesperum ante presepulum scilicet, piè religiosèque canatur: convocatis

Infra oct.

Ascension. Matrem eligeret, incensanter ardebas, enarrabit? Tu. *ŷ.* Paulô minus.

FERIA IV. INFRA. OCT.

ASCENS.

Semiduplex.

Omnia ut in die. *Lectio de Scrip. de ser. occur.*

IN II. NOCT.

Sermo S. Amadei Ep. Lausan. *De Laudibus B. V. M. Hom. 7. LECTIO 4.*

Mirâ denique pietate primitivæ Ecclesiæ provissum est, ut quæ Deum in carne hæc præsentem jam minimè cerneret, Matrem ejus visu jucundissimo recreato videret. Quid enim tam jucundum, quid tam decorum et amabile, quam Matrem Plasmatoris et Redemptoris omnium videre? Beata gens, et felix generatio, quæ tali spectaculo meruit illustrari? Tu. *ŷ.* Confitebuntur.

LECTIO 5.

Beata planè in cuius medio credentis et ferventis constitit arbor, producens fructum vite, effulsit Genitrix lucis veræ! Apparuit patens ille clausus, et fons signatus, de quo egressus est fons domui David patens in abluitione peccatoris, et menstruatae. Hoc insigne privilegium, hoc cœlestis munus, hæc gratia specialis Ecclesiæ primitivorum præstita sunt. Tu *ŷ.* Gloriosus.

LECTIO 6.

Sermo S. Thomæ Arch. Valentini.

Conc. 4. in assumpt. B. V.

Quis, obsecro, ardores illos, et æstus animi tui, plusquam seraphicos exprimat, quos in ruminandis scrupulisque tot et tantis mysteriis, in te ipsâ celebratis pensavisti? Quis ignem illum ardentissimæ charitatis in visceribus tuis æstantem, quo in eo, qui talem ac tantam fecerat, ut in suam te

Ascension.

Matrem eligeret, incensanter ardebas, enarrabit? Tu. *ŷ.* Paulô minus.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 14. v. 28.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem. Et reliqua.

Homilia S. Thomæ Arch. Valentini.

Conc. 4. in ascens. Dom.

Quærit Anselmus rationem, quare Virgo remanserit post Ascensionem Filii sui: et dicit, id factum esse, ut esset discipulorum magistra, et consolatio in absentia Filii. Ipsa quippe præfuit Ecclesiæ, tanquam et reatrix et gubernatrix. Psalmus: et erit firmamentum in terrâ, id est, Ecclesiæ. Bernardus: omnibus firmamenti firmum firmamentum tu, Domina. Tu. *ŷ.* Gaude et lætare.

LECTIO 8.

Pesuit in hoc firmamento solem et lunam: Christum et Ecclesiam. In summis montium, id est, Apostolorum. Benè firmamentum. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus JESUS. Filius fundamentum, Mater firmamentum firmans corda in fundamentum. Superexaltetur super libanum, id est, naturam angelicam; Fructus ejus, de quo: Benedictus fructus ventris tui. Tu. *ŷ.* Viri Galiliæ.

LECTIO 9.

Potest etiâ in alio sensu Virgo dici firmamentum. Nam inter cœlos stellarum cœlum firmamentum dicitur: et Virgo se habet ad alios sanctos, sicut firmamentum, in quo omnia sydera, ad alios cœlos, in quorum quolibet est tanquam uni-

Infra oct.
cum sydus. In cæteris virginibus per partes, in MARIA verò tota se infudit plenitudo gratiæ: sicut à firmamento igitur influentia in reliquos; ità in Virgine influentia gratiarum in Ecclesiis. Tu. Te Matrem. p. 3.

CANON.

Ex Clemente Papà Decimo Tercio. S. R. C. 29. Nov. 1766.—*Casm.*

Excal. Hisp.

1996. Pia consuetudo vigens apud Carmelitano antiqua observantia recitandi in fine Missæ antiphonam «Salve Regina» ad Fratres Carmelitano Excalceatos Congregationis Hispaniæ benignè extenditur. Tu.

FER. V. IN OCTAV. ASCENS.

Duplex majus.

Omnia ut in die à prim. Vesper. excepto ꝑ. post Capit. et post nonam Lection.

AD MATUTIN.

HYMNUS 61.

O grande cunctis gaudium,
Quod partus almae Virginis
Post sputa, flagra, post crucem
Sedi paternæ jungitur.

En elevatur nubibus
Natus MARIA Virgine
Per quem recludit cardines
Prius quos Eva clauserat.

Carpamus ergo Virgini
Commune cunctis gaudium,
Illa ob triumphum Filii,
Nos de triumpho Emmanuel.

JESU, tibi sit gloria,
Qui victor in cælum redis,
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

Lection. 1. Noct. ut in die Ascens.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.
In signum magnum.

LECTIO 4.

Legis in actibus Apostolorum, quod

Ascension.

redeuntes à monte Oliveti, unanimiter perseverabant in oratione. Qui? Si forte MARIA affuit, nominetur prima, quæ super omnes est, tam Filii prærogativa, quam suæ privilegio sanctitatis. Petrus et Andreas, ait, Jacobus et Joannes, et cæteri, qui sequuntur: hi omnes perseverabant unanimiter cum mulieribus, et cum MARIA Matre JESU. Ita ne et mulierum sese ultimam exhibebat, ut novissima omnium poneretur? Tu. ꝑ. Confitebuntur.

LECTIO 3.

Verè carnales adhuc discipuli, quibus necdum Spiritus Sanctus erat datus, quia JESUS nondum fuerat glorificatus, quando facta est inter illos contentio de primatu: cum MARIA quanto major erat, humiliaret se, non modo de omnibus, sed et præ omnibus. Merito facta est novissima prima, quæ cum prima esset omnium, sese novissimam faciebat. Tu. ꝑ. Gloriosus.

LECTIO 6.

Merito facta est omnium Domina, quæ se omnium exhibebat ancillam. Merito denique super Angelos exaltata est, quæ infra viduas, et penitentes, infra eam de qua ejecta fuerant septem dæmonia, ineffabili sese mansuetudine inclinabat. Obsecro vos, filii, æmulamini hanc virtutem. Si MARIAM diligitis, si contentis ei placere, æmulamini modestiam ejus. Tu. ꝑ. Paulo minus.

IN III. NOCT.

Lectione Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 14. v. 28.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem. Et reliqua.

Infra oct. Ascension.

Homilia S. Amadei Ep. Lausan.

Hom 7. in Laud. B. V. M.

Quæritur, cur, ascendente Domino in cælum, Mater ejus, quæ tantò eum amplectebatur affectu, non statim secuta est. Cum enim nullà peccati labe depressa, nullà vitæ maculâ respersa, super ignem ruheret ob charitatem, luce clarior ob castitatem, ipsis etiã præclarior cælgensis ob virginei partus novitatem, mirum videbatur, quare cum Filio non statim ad æthera provehebatur. Tu. ꝑ. Gaude et lætare.

LECTIO 8.

Ut quid enim retardata est vel ad momentum, aut passa nativitium? Ut quid dilatatum ferventium igne tam sanctum desiderium? Quoniam ista dilatio Discipulorum Christi non minima consolatio fuit. Ista dilatio Matri nihil minuit, et mundo contulit remedia salutis. Tu. ꝑ. Viri Galilæi.

LECTIO 9.

Voluit dominus JESUS, ut, ipso ad Patrem reverente, apostoli materno solatio, et eruditione fruerebantur. Qui quidem licet edoceri essent à Spiritu, ab illa tamen potuerunt edoceri, quæ mundo justitiæ solem edidit, et fontem sapientiæ ex prato virgineo intercalata nobis alvo proxit. Tu.

Te Matrem. p. 3.

AD LAUDES.

HYMNUS 62.

Votis cupitus omnium
Sacratissimè illuxit dies,
Quo Filius nostræ Virginis
Cæli resumit culmina.

Mater gavisa conspicit
Prolem triumphantem suam,
Mundi subacto principe
Dum sede sidet propria.

Virgo peccentem sidera

JESUM secuta permanet
In orbe nostro et cælico
Hoc læta festo jubilat.

Patrique suo colloquens,

En, inquit, ipsa cernua

Tuo tuum conspiciet

Meumque sisto Filium.

Doxolog. de infra Octav.

CANON.

§. 3. In *Salutatione angelica.*

Ex Decreto Odonis Ep. Parisiensis.

An. 1196.—*Bened. XIV. De festis*

B. V. c. 12. n. 6.

297. Exhortentur populum sæpè Presbyteri ad dicendam..... Salutationem angelicam Beatæ Virginis. Tu.

AD VESPER.

HYMNUS 63. *Caryophyl.*

Vides petentem Filium,

Virgo, paternam dexteram;

Non videras, cum viscera

Descendit ad purissima.

Vestigiis symbola

Impressa terræ conspicias:

Impressa nulla conspicias

Tibi, Virgo, vestigia.

Apostolis videntibus

Solum trahuntur lumina,

Tibi videnti Filium

Expectorantur viscera.

Quo vivis ergo spiritu

Orbata Mater Filio?

Sic absque corde vivitur,

Et absque luce cernitur.

Doxolog. de infra Octav.

FERIA VI. POST OCT. ASCENS.

Semiduplex.

Hodie, nisi occurrat Festum novem

Lection. fit officium omnino ut in

diebus infra oct. Ascens.

Lect. 1. Noct. de Feriâ occurr.

IN II. NOCT.

Sermo S. Anselmi Episcopi.

Orat. 51. ad B. V.

LECTIO 4.

Nihil est æquale MARLE: nihil

nisi Deus major MARIA. Deus Filium suum, quem solum de corde suo æqualem sibi genitum, tantquam seipsum deligebat, ipsum dedit MARIE: et ex MARIA fecit sibi Filium, non alium, sed eundem; ut naturaliter esset unus idemque communis Filius Dei, et MARIE. Omnis natura à Deo est creata, et Deus ex MARIA est natus. Deus omnia creavit, et MARIA Deum genuit. Deus qui omnia fecit, ipse se ex MARIA fecit, et sic omnia quæ fecerat, refecit. Tu. ꝑ. Confitebuntur.

LECTIO 3.

Qui potuit omnia de nihilo facere, noluit ea violata sine MARIA reficere. Deus igitur est Pater rerum creaturarum, et MARIA est Mater rerum recreatarum. O verè Dominus tecum, cui dedit Dominus, ut omnis natura tantum tibi deberet secum. Sicut, o beatissima, omnis, à te aversus, et à te despectus necesse est, ut intèret; ita omnis ad te conversus et à te respectus, impossibile est, ut pereat: sicut enim, Domina, Deus genuit illum, in quo omnia vivunt, sic, o tu flos virginitalis, genuisti eum, per quem mortui reviviscunt. Tu. ꝑ. Gloriosus.

LECTIO 6.

Et sicut Deus per Filium suum beatos angelos à peccato servavit; ita, o tu decus puritatis, per Filium tuum miseros homines à peccato salvabis. Non est reconciliatio, nisi quam tu casta concepisti: non est justificatio, nisi quam tu integra fovisti: non est salus, nisi quam tu Virgo peperisti. O beata fiducia! O intum refugium! Mater Dei est Mater nostra: Mater ejus, in quo solo speramus, et quem solum timemus, est Mater nostra: mater, inquam ejus, qui solus salvat, so-

Ascension.

lus damnat, est Mater nostra. Tu. ꝑ. Paulò minus.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 14. v. 28.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Si diligeritis me gauderitis utique, quia vado ad Patrem. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presb.

Epist. ad Paul. et Estoch. Inter ejus opera. c. 14.

Imitamini, dilectissima, quam amatis beatam, et gloriosam Virginem, de qua dicitur: MARIA autem conservabat omnia verba hæc (quæ de Christo dicebantur, scilicet) conferens in corde suo. Conferre ergò et vos in cordibus vestris, carissimæ quæ de ipso, eodemque Domino catholice dicuntur, ut et fidem integram servare possitis, et Matrem ejus debite venerari. Quoniã, nullus honor ejus est alius, nisi cum ille jure honoratur, qui nasci dignatus est ex eâ. Tu. ꝑ. Gaude.

LECTIO 8.

Cæterum cogitate attentius, et pendite diligentiùs, quibus affeiebatur beata et inlenerata Virgo MARIA doloribus post Christi ad cælos ascensum, expletis omnibus de ipso erant ab angelis prædicata, et à prophetis multifarie multisque modis præsignata, divinis declarata oraculis, virtutibus exhibita, et quæ humanitatis sunt estensa præsignis. Quæso, si qua sunt in vobis viscera pietatis, considerate, quo cruciabatur amore, quo ve desiderio astuabat hæc Virgo, dum revolveret animo cuncta, quæ viderat, quæ audierat, quæ cognoverat. Tu. ꝑ. Viri Galilæi.

Homilia S. Antonini Arch. Florent. De B. V. c. 42.

Hi omnes erant perseverantes in oratione cum MARIA Matre JESU. Hæc dicuntur de his, scilicet de apostolis post ascensionem Christi, cum congregati in unum expectabant Spiritus Sancti promissionem à Christo. Mittam vobis à Patre Spiritum veritatis. Inventur MARIA inter primas summi Regis cohortes, quorum vita non erat jam de terrâ. Tu. ꝑ. Gaude. p. 224.

LECTIO 2.

Vinum non habent, dixit beata MARIA in nuptiis existens ad Filium. Quia nuptiæ istæ celebratæ inter Christum et Ecclesiam erant publicandæ per Apostolos, qui ibi erant cum eâ, et vinum illud perfectissimæ gratiæ nondum aderat in eis, quia nondum erat Spiritus Sanctus datus in illâ copîa. Ideò hoc orans, ait: Vinum non habent. Tu. ꝑ. Viri Gal. p. 125.

LECTIO 3.

Et ideò in linguis igneis missus est, qui ignis habet calefacere, ut legem igneam corda ignea linguis igneis populis prædicarent. Desiciente ergò vino illo spirituali Beata MARIA congregata cum Apostolis in cœnaculo mente dicit: vinum non habent viri isti nuptiarum. Undè orans cum illis, inquit: Emitte Spiritum tuum, et creabuntur, scilicet, in esse spirituali perfecto, et renovabis faciem terræ. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Fili, vinum non habent viri isti nuptiarum: emitte Spiritum tuum, et creabuntur: et renovabis faciem terræ. Sine precibus.

Oremus.

Oratio.

Mentes nostras, quasumus, Domine, visitando purifica, ut veniens Spiritus tuus Sanctus, cujus solem-

LECTIO 9.

Puto, quòd quiddid cordis est, quiddid mentis, quiddid virtutis humanæ, si totum adhibeas, non sufficiat, ut cogitare veles, quanto indesinenter cremabatur ardore pii amoris: quanto movebatur repleta Spiritu Sancto caelestium secretorum incitamenti: quia et si diligebat Christum ex toto corde, et ex tota animâ, et ex tota virtute, novis tamen quotidie inflammabatur præsentia absens desideriorum affectibus: tanto siquidem validius, quanto divinis illustrabatur intus visitationibus: quam tota repleverat Spiritus Sancti gratia: quam totam incenderat divinus amor, ita ut in eâ nihil esset, mundanus quod violaret affectus, sed ardor continuus, et ebrietas perfusi amoris. Tu.

Te Matrem. p. 3.

CANON.

Ex Concilio Badensi.

An. 1279.—Lab. Tom. 7. col. 794.

298. Volumus, quòd omnes clerici, quotiescumque in divinis officiis, «Ave MARIA» audierint, flexis genibus se reverentè inclinent. Tu.

SABBATO.

VIGILIA PENTECOST.

Semiduplex.

Ab hæc die usque ad Dom. Primam post Pentec. si occurrat aliquòd festum novem Lection. transfertur.

Ad Matut. Invitat. Hym. et vñ. ut in die Ascens. Reliqua ut in feriali Officio.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 2. v. 1.

In illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, et erat Mater JESU ibi. Et reliqua.

nia in oratione perseverantes praevenimus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Per Dominum... in unitate ejusdem.

Ad Laud. et per Hor. ut in dieb. infra oct. Ascension.

CANON.

Ex Concilio Parisiensi.
An. 1346. c. 13.—*Lab. Tom. 7. col. 1682.*

299. Praecipuus, quod observetur inviolabiliter ordinatio facta per sanctae memoriae Joannem vigesimum secundum de dicendo ter «Ave MARIA,» tempore seu horâ ignitegii, in qua ordinatione conceditur indulgentia dicentibus ter Ave Maria, dictis tempore et horâ. Tu.

IN FESTO
PENTECOSTES.

Duplex 1. Classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

Aan. 1. Effundam de Spiritu meo super ancillam meam, allel.
Psalmi de Solemnitatibus.

2. Et requiescet super eam Spiritus Domini, et prophetabit, allel.

3. Simul in MARIA collecta est gratia Spiritus Sancti plenitudo, allel.

4. Ad quem respiciet Spiritus Sanctus, nisi ad pauperulam, et humilem Virginem? alleluia.

5. In me omnis gratia vitae et veritatis, in me omnis spes vitae et virtutis, allel.

CAPITULUM Joel 2. 28.

Effundam Spiritum meum super omnem carnem, et super servos meos, et ancillas in diebus illis effundam Spiritum meum.

¶ Super servos meos, et super ancillas meas effundam de Spiritu meo, et prophetabunt. * Et dabo prodigia in caelo sursum, et in

terrâ deorsum alleluia, alleluia. ¶. Et requiescet Spiritus meus super ancillam humilem cujus humilitatem respici. — Et dabo. ¶. Gloria.—Super servos. Hoc. ¶. dicitur tantum hâc die.

HYMNUS 64. *Brev. Rom.*

Veni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple supernâ gratiâ,
Quae tu creasti pectora,
Qui diceres Paraclitus
Altissimi Domum Dei
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritualis unctio.

Tu sephiformis munere,
Digitus paternae dexteræ,
Tu ritè promissum Patris
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeli.

Hostem repellas longius,
Pacemque dones proximo:
Ductore sic te praevio,
Vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem
Noscamus atque Filium,
Te utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.

JESU, tibi sit gloria,
Surgendo qui de mortuis
Apparuiti Virgini
Matri tuae, per saecula. Amen.
¶. Spiritus Sanctus superveniet
in te, allel.

¶. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi, allel.

Ad Magnific. ant. Non vos reliquam orphanos, sed mittam ad vos Spiritum Sanctum, et gaudebit cor vestrum, allel, allel.

Oratio de Laudib. Completor. de Dominica.

AD MATUTINUM.

Invit. Spiritus Domini requievit super Virginem Matrem: * Ve-

nite, adoremus, alleluia, alleluia.

HYMNUS p. 63. *Muret.*
Lustra nostra tuâ pectora lampade
Qui quondam strepitu Spiritus à
Patre

Lustrasti unanimes missus Apostolos,

Linguis deditus igneis.
Confirma dubios, dirige devios,
Consolare tui muneris indigos,
Letaque animos frigore torpidos
Sanctis ignibus excita.

Mens doctrinam avide nostra
bibat tuam,

Prasletque assidue tota Deo calens
Et spem firmam in eo constituens
sibi

Terram pro nihilo putet.
O Sator omnium, certe homines
sumus,
Quantum indigna tuae plasmata
dexteræ,

Ne feras quos tua vis ex nihilo exultit

Aeterno exitio obrui.
Simplex aetherei Numinis unitas,
Quae distincta eadem est, veraque
Trinitas,

Aeternis vigeat semper honoribus
Et terrâ simul et polo. Amen.

AD NOCTURNUM.

Ant. 1. Spiritus Domini * super me, eo quod in Matrem Dei elegit me, allel.

Psalm. de primo Noct. Dom. p. 2.
2. Simul in MARIA * collecta est gratia plenitudo, quia aspersione Spiritus Sancti totâ Deitatis gratiâ fuit superfusa, allel.

3. Caeteris per partes, * MARIE verò simul se tota infudit gratia plenitudo, allel.

4. Factus est de repente sonus, allel.

¶. Tamquam advenientis spiritus vehementis, allel.

LECTIO S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. v. 14. c. 13.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: si quis diligit me, sermonem meum servabit. Et reliqua.

Homilia S. Anselmi Ep.

De excell. B. V. M. c. 6.

Gaudiorum beate Virginis magnitudo non nihil incrementi accepit, cum adveniente super discipulos Spiritu Sancto, mox ad praedicationem illorum fidem Filii sui tanto hominum multitudine suscepit. Nec mirum inde alicui videatur, quod dico, gaudium incrementum in credentium conversione sumpsisse Tu.

¶. Patris obumbravit virtus tibi, regia Virgo, nuntius è caelo cum tibi dixit, ave: * At nunc lingua tum supra caput ignea fulget, allel., allel. ¶. Lux implens mentem doctibus innumeris. At.

LECTIO 2.

Ibi enim excepto gaudio, quod de salute generis humani in istorum conversione suscipiebat, Filium non gratis fuisse mortuum, cum tam efficacia operari videbat fidem amoris ejus in eis, qui amatores ejus extiterant. Gaudium itaque erat ei in caelo, et gaudium in terrâ, gaudium insuper in omni creaturâ. Tu.

¶. Apparuerunt illis dispartite linguae tanquam ignis. * Et Spiritus Sanctus sedit supra singulos eorum, allel., allel. ¶. Ignis ante ipsum praecedet, et inflammat corda eorum.—Et Spiritus.

LECTIO 3.

Gaudium in caelo, quia fructus ventris ejus benedictus jam erat victor mortis, et orbis, in caelo regnabat, et cuncta celestis curiae agmina inaestimabili magnificentia

lætificabat. Gaudium in terrâ, quoniam eos, pro quorum salute Matrem Dei se factam sciebat, abjecto jugo diaboli, à quo captivi tenebantur, liberam in ipsam salutem cernere conspicebat. In omni quoque creaturâ gaudium habuit, eo quod illam à pristina oppressione erui ad illum, ad quem facta fuerant, statum redire vidit. Tu.

ñ. Super servos meos, et super ancillas meas effundam de Spiritu meo, et prophetabunt: * Et dabo prodigia in celo sursùm, et in terrâ deorsùm, allel., allel. ÿ. Et requiescet Spiritus meus super ancillam humilem, cuius humilitatem respexi: Et dabo.—Glor.—Super.

A *fer. IV. et deinceps.* Et dabo.

AD LAUDES.

Et per *Horas antiphonæ.*

Ant. 1. Erant perseverantes * omnes in oratione cum MARIA Matre JESU, allel.

2. Et factus est * repente de celo sonus, tanquam adveniens Spiritus vehementis, allel.

3. Factus * spiritus replevit totam domum, ubi erant apostoli sedentes, allel.

4. Et requievit * super MARIAM Spiritus Sanctus, Spiritus sapientiae, et intellectus, allel.

5. Totam eam * possedit Spiritus Sanctus, cuius templum facta est Virgo Dei Mater, allel.

CAPITULUM. *Juel. 2. 28.*

Effundam spiritum meum super omnem carnem, et super servos meos, et ancillas in diebus illis effundam Spiritum meum.

HYMNUS 66. *Brev. Rom.*

Jam Christus astra ascenderat, Reversus undè venerat, Patris fruentum munere Sanctum daturus Spiritum.

Solemnis urgebat dies, Quo mystico septemplici Orbis volutus septies Signat beata tempora.

Cum lucis horâ tertiâ Repentè mundus innotat, Apostolis mirantibus Deum venire nuntiat.

De Patris ergò lumine Docorus ignis almus est, Qui fida Christi pectora Calore verbi compleat.

Impleta gaudent viscera Afflata Sanctio Spiritu, Vocesque diversæ sonant, Fantur Dei magnalia.

Doxolog. de Tempore.

ÿ. Spiritus Domini, allel.

ñ. Requievit super Virginem Matrem, allel.

Ad Benedict. ant. Sedit Spiritus Sanctus * super singulos eorum, qui perseverabant in oratione cum MARIA Matre JESU, allel. allel.

Oremus.

Oratio.

Spiritum Sanctum, Domine, qui hodiernâ die de celo descendens supra beatam Virginem MARIAM, et supra Sanctos Apostolos requievit, in cordibus nostris infunde, ut te perfectè diligere, et dignè laudare mereamur. Per Dominum..... in unitate ejusdem.

AD PRIMAM.

Ant. Erant omnes. *Capit. Effundam. de Laudibus ÿ. ñ. Quæ Spiritu Sancto repleta fuisti. Et dicitur per Oct.*

CANON.

Ex S. Hildephonso Arch. Toletano. *Serm. 5. in Assumpt.*

300. Credimus Virginem in die Sancto Pentecostes cum Sanctis Apostolis percepisse gratiam Spiritus Sancti, quem constat eam plenissimè habere ab ipsâ Conceptione Christi. Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. *Judith. 16. 17.*
Tibi serviat omnis creatura: quia dixisti, et facta sunt: misisti Spiritum tuum, et creata sunt, et non est qui resistat voci tuæ.

ñ. br. Spiritus Sanctus * Allel. allel.—Spiritus.

ÿ. Superveniet in te.—Alleluia.

—Gloria.—Spiritus.

ÿ. Virtus Altissimi, alleluia.

ñ. Obumbrabit tibi, allel.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. *Act. 2. 4.*

Repleti sunt omnes Spiritu Sancto, et ceperunt loqui variis linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.

ñ. br. Virtus Altissimi, * Allel. allel.—Virtus.

ÿ. Obumbrabit tibi.—Alleluia.

—Gloria.—Virtus.

ÿ. Spiritus Domini, allel. ñ. Requievit super Virginem Matrem, alleluia.

AD NONAM.

CAPITULUM. *Act. 2. 6.*

Facta autem hæc voce, convenit multitudo, et mente confussa est, quoniam audiebant unusquisque linguâ suâ illos loquentes.

ñ. br. Spiritus Domini, * allel. allel.—Spiritus. ÿ. Requievit super Virginem Matrem.—Allel.—Gloria.—Spiritus.—ÿ. Spiritus Domini super me, allel. ñ. Eo quod in Matrem Dei elegit me, allel.

IN II. VESPER.

Ant. 1. Spiritus Domini * replevit orbem terrarum: gaudeat Virgo MARIA in conversione gentium, alleluia. *Psalmi de Solemn. in 2. Vesp.*

2. Spiritus Sanctus * deiparæ et discipulis in igne apparuit, et tribuit eis charismatum dona, allel.

3. Spiritus Sanctus * procedens

à throno, eorum pectora invisibiliter penetravit, alleluia.

4. Advenit in eos * ignis divinus, non comburens, sed illuminans, alleluia.

5. Seditque * supra singulos eorum Spiritus Sanctus, et ceperunt loqui variis linguis, allel.

Capit. Effundam. et ñ. Super servos. ut in 1. Vesper.

ÿ. MARIA, Sacrarium Spiritus Sancti, alleluia.

ñ. Totius Trinitatis nobile trichinium, alleluia.

Ad Magnific. ant. Requiescet super me * Spiritus Domini: Spiritus sapientiae, et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiae et pietatis, et replevit me Spiritus timoris Domini, alleluia, allel. *Complet. de Dominic.*

FERIA II.

Duplex 1. Class.

Omnia ut in die Pentec. præter sequentia.

Ad Matut. *Psalmi tres primi feria II. p. 19.*

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 14. v. 23.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Et reliqua. *Homilia B. Dionysii Carthusiani.*

De Laud. B. M. V. l. 2. a. 26.

À die Ascensionis usque ad horam diei Pentecostes, in qua Spiritum Sanctum receperunt, sanctissimum illud collegium Apostolorum orationibus, jejuniisque devotissimè insistebant, per hæc et consimilia exercitia sancta interna ad susceptionem Spiritus Sancti se præparantes. Tu. ñ. S'upebant.

LECTIO 2.

Porro adveniente Spiritu Sancto, unumquemque illorum tanto co-

piosius adimplevit, quanto capacior fuit, ac dignior, sequē devotius preparavit. Ideo sicut serenissima Virgo MARIA cæteris illeis cunctis fuit prestantior, capacior, excellentiusque disposita, sic sola plūs de supernis charismatibus, tunc collatis à Spiritu Sancto, accepit... Tu. ꝑ. Apparuerunt.

LECTIO 3.

Atque præ omnibus illis in charitatis ardore, sapientie luce, nobilitate scripturarum omnique virtute ineffabiliter tunc profecit. In dono quoque linguarum, et prophetiæ gratiæ, in discretione Spirituum, et interpretatione sermonum, idest, facultate exponendi sacri verba eloquii, cæterisque gratiæ gratiæ datae muneribus tunc præ omnibus crevit. Tu. ꝑ. Super.

Te Matrem. p. 3.

Psalm ad Laud. et Vesper. ut heri.
CANON.

Ex S. Athanasio Arch. Alexandrino.
In SS. Dep. Annunt.

301. Spiritus Sanctus in Virgine descendit cum omnibus suis essentialibus virtutibus, quæ illi per rationem divini principalis adsunt, imbuens eam in gratiâ, ut in omnibus gratiosa esset. Tu.

FERIA III. POST PENT.

Doplex. 1. Classis.

Omnia ut in die Pentec. Psalmi tres primi Fer. III. p. 25.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 14. v. 23.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Et reliqua.

Homilia B. Dionysii Carthusiani.

De laudib. B. V. 1. 2. a. 26.

Fervens charitatis affectio possissima ac propinquissima est dispositio ad suscipiendum charismata

meliora, abundantiorum influxum Spiritus Sancti, incrementum gratiæ, omniumque profectum virtutum; etenim amoris intentio affectibus aperit mentem, ac eum sui dilecti reddit copiosè capacem. Tu. ꝑ. Stupebant.

LECTIO 2.

Hinc sicut felicissima creaturarum incomparabilis Virgo MARIA fuit præ cunctis et singulis Apostolis in sincerissimæ charitatis fervore ineffabiliter magis perfecta, sic præ omnibus illis charismata Paracleti exuberantissime suscepit. Tu. ꝑ. Apparuerunt.

LECTIO 3.

Denique Spiritus cujus opulentia et magnificentia non est finis, vas illud electissimum, et familiarissimum suum sacrarium, præstantissimam Genitricem ipsius, à quo ipse æternaliter profuit, totamque Deitatis plenitudinem accepit, sponsum ac filium suam prorsus carissimam, in quâ potissimum sibi complacuit, singularissime visitavit, gloriosissime adimplevit, atque præ omnibus liberalissime superimplevit. Tu. ꝑ. Super.

Te Matrem.

CANON.

Ex S. Athanasio Arch. Alexandrino.
Ut Supra.

302. Supervenit igitur Spiritus Sanctus super Virginem, et sanctificavit ipsam, ut in Psalmis Spiritus dicit: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Tu.

Reliqua ut heri.

FER. IV. QUAT. TEMP.

Semiduplex.

Omnia ut in die Pentec. Psalmi tres primi de Fer. IV. p. 31.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 14. v. 23.

In illo tempore: Dixit JESUS Di-

scipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Et reliqua.

Homilia S. Thomæ Arch. Valentini.

Concion 4. in Assumpt. B. V. M.

Infusi amoris quantâ fuerit magnitudine docta Virgo MARIA, quis non videat? Quæ in gratiâ concepta, gratiam, quam semel acceperat, semper bonis operibus adauxit, et peccatis nunquam amisit. Quæ in Verbi Dei conceptione ab Angelo gratiâ plena salutata, postea Spiritus Sancti obumbratione superadimpletur, ut ex plenitudine ejus per Filium recipiant universi. Tu. ꝑ. Stupebant.

LECTIO 2.

Et post hæc omnia in die Pentecosles Spiritu Sancto jam plenissima, iterum eundem Spiritum Sanctum per amplius et plenius, quàm Apostolicus ille cæcus acceperit, ut esset in eâ abundans et super abundans gratia: cui non per partes, ut cæteris, sed tota se infudit gratiæ plenitudo. Cum itaque amor infusus nihil aliud sit, quàm ipsa gratia, aut ipse gratiæ appendix sit, ubi tanta fuit gratiæ plenitudo, quantum fuit infusi quoque pondus amoris. Tu. ꝑ. Super.

LECTIO 3.

Denique in cujus utero novem mensibus Sol ille divinitatis ardentissimus, velut in quadam nube corporaliter latuit: quibus existimas eum fulgoribus, et ardoribus inflammavit? O viscera virginea tot ac tantis æstibus inflammata? O pectus sacrum, in quo triplex hic amoris caminus tam potentissimè ardebat! Quomodo tam immenso amoris calore solutum non fuisti? Tu. Te Matrem.

Psalm. ad Laud. Vesper. et Complet. de Feriâ per vrbq. Hebd. CANON.

EX S. Hieronymo Presb.
In Sermon. B. V.—apud Flores PP. p. 438.

303. Totam repleverat MARIAM Spiritus Sancti gratia: totam incenderat eam divinus amor; ita ut etiam in eâ nihil esset, mundanus quod violaret affectus, sed amor continuus et ebrietas perfusi amoris. Tu.

FERIA V. POST PENT.

Semiduplex.

Omnia ut in die. Psalm. tres primi de FERIA V. p. 36.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 14. v. 23.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Et reliqua.

Homilia S. Antonini Arch. Florent.
In adv. Sps. de B. V. c. 19.

§. 8. in Bibl. Virgin.

Spiritus Sanctus in Pentecosles fuit datus in specie lingue juxta illud Actuum: apparuerunt illis dispersitæ lingue tanquam ignis, ad inveniendum, quod acceperant donum linguarum, id est, loqui ad placitum suum in variis idiomatibus. Et quia beata MARIA fuit cum Apostolis orans, quâ idò receperunt Spiritum Sanctum, credendum est, quod et hoc donum receperit cum eis. Tu. ꝑ. Stupebant.

LECTIO 2.

Quamvis non esset deputata à Deo ad discurrendum per mundum, ad predicandum sicut Apostoli, tamen, ut nihil boni spiritualis et gratiæ ei subtrahatur, decebat eam hæc non privari. Sic nec Filius ejus, quamvis non egeret habere

doum linguarum, quia non predicavit nisi Judeis, dicens: non sum missus, nisi ad oves Israel, non tamen hoc caruit, secundum Divum Thomam in Summâ. Nec frustra ipsum habuit, quamvis eo non sit usus, sed ad excellentiam ejus. Tu. §. Super serv.

LECTIO 3.

Præterea ipsa beata MARIA, etsi non prædicare, verisimiliter tamen credendum est, quamvis non scriptum sit, quod multi ex conversis ad fidem de diversis nationibus, et linguis scientes Matrem esse JESU Dei et hominis post adventum Spiritus Sancti, accedebant ad eam visitandam, venerandam et audiendam. Quibus cum esset plena charitate, nec in loquela posset errare, loquebatur, consolabatur, respondebat, instruebat variis idio. alibus, in quibus illi nutrii, et edoceri erant. Aveigitur, et hæc gratia plena. Tu.

Te Matrem. p. 5.

CANON.

Ex D. Dionysio Carthusiano. *Libr. 2. de Prac. Mar. art. 28.*
304. Virgo templum venerandissimum, quod Spiritus Sanctus indesinerenter inhabitavit, atque posedit, irradiavit, idemque implevit. Tu.

FERIA VI. QUAT. TEMPOR.

Semiduplex.

Omnia ut in die Pent. Psalmi tres primi de Fer. VI. p. 42.
Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 14. v. 23.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Et reliqua.

Homilia S. Anselmi Episcopi.

De excellentiâ B. M. V. c. 7.
Erat, ut hic quidem videtur, utilis

et necessaria fidei nostræ conversatio sua post ascensionem Domini inter Apostolos ejus: quia licet ipsi per revelationem Spiritus Sancti edoceri in omnem fuerint veritatem, incomparabiliter tamen eminentius, ac manifestius ipsa per eum Spiritum veritatis, illius veritatis profunditatem intelligebat, et per hoc multa eis per hanc revelabantur, quæ in se non solum simplici scientiâ, sed ipso effectu, ipso experimento didicerat de mysteriis ejusdem Domini nostri JESU Christi. Tu. §. Stupebant.

LECTIO 2.

Nec dilatio assumptionis quoquo modo jacturam aliquam inferre poterat immensitati amoris et gaudii sui: quoniam ipsa perfectio amoris et gaudii, ita illam reficiebat plenitudine sui, ut hoc ipsum ei ad amoris et gaudii augmentum magnoperè fieret, quod se illic esse videbat, ubi Deum, quem præcunctis amabat, magis velle sciebat. Tu. §. Super servos.

LECTIO 3.

Ignitur ubicumque erat, et ipsa in Deo, et Deus in ipsa jucundabatur: quæ jucunditate ipsa felix, sed præ cæteris ubique fieri cupiebat, quod sapientiæ Dei potissimum placere intelligebat. Hæc estimabili amoris et gaudii immensitate prædita fuit hæc Virgo Sanctissima, quando etiam in omni mortali carne placeret sapientissimo Filio suo. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Antonino Arch. Florentino. *Titul. 15. c. 19. §. 3.*

305. Spiritus Sanctus venit inproportionabiliter in Beatam MARIAM, magis quam in quemlibet viotorem purum, et in conceptu Filii, et in die Pentecostes, quam

esset cum Apostolis, quando venit in specie ignis. Tu.

SABBAT. QUAT. TEMPOR.

Semiduplex.

Omnia ut in die Psalmi ad mat. tres primi Sabb. p. 47.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 1. c. 14. v. 23.

In illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Et reliqua.

Homilia Ven. Ruperti Abbatis.

In capite 2. super Matth.

Tempus læcendi, ait Salomon, et tempus loquendi. Discretionem hujusmodi Virgo sapiens et prudens non ignoravit. Inde col'audans eam Sponsus.... dicit in canticis: Hortus conclusus soror me sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Denique hoc quidem sponsus Christus Dei filius convenienter dicit sponse suæ Ecclesiæ, sed ipsum non minus congruè dicit persona Dei Patris dilecta sibi MARIE, statim subjungens: Emissiones tuæ paradisi malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Tu. §. Stupebant.

LECTIO 2.

Quandiu Filius hominis manere debuit memoratus paulo minus ab angelis, ferè tandiu fuit beata Virgini tempus læcendi, et tandiu tacuit, tandiu in silentio fuit, velut hortus conclusus; hortus, inquam, conclusus, fons signatus, quod accedere, cujus secretum audire nullus meretur, nisi cognitus: nullus cui talis hortus, talisque fons clausuram vel signaculum oris aperire indignum arbitretur. Tu. §. Super servos.

LECTIO 3.

Ubi autem gloria et honore coronatus est Filius hominis resurgendo, et in cælum ascendendo, ubi

sedet ad dexteram Patris, ex tunc eidem beate Virgini fuit tempus loquendi, et hoc amicitis, id est, sanctis apostolis, et talia loquendi, qualia portare prius non potuissent. Sed ubi venit Spiritus veritatis, primus quidem, et princeps ipse illos omnem veritatem docuit, sed et ipsa beata Virgo testimonium suæ vocis adhibuit, et taliter locuta est auribus fidelibus, ut proinde rectè dicat dilectus ejus Deus: favus distillans labia tua, mel et lac sub lingua tuâ. Tu.

Te Matrem. p. 5.

Ad Benedict. ant. Tempus loquendi, * Domina, sonet vox tua in auribus meis, quia eloquium tuum dulce, allel.

CANON.

Ex Pio Papâ Nono.

Const. Ineff. 8. Dec. 1854.

306. Docuerunt e Sanctis Patres... Deiparam fuisse omnium divinarum gratiarum sedem, omnibusque divi Spiritus charismatibus exornatam, immo eorumdem charismatum infinitum propè thesaurum, abyssumque inexhaustam... Tu.

Post Novam terminatur tempus paschale.

Vesperæ deuntur ut in sabbato per annum cum oratione Pomin.

1. post Pentecost.

In fine Completorii dicitur ant. Salve Regina.

VIII.

VITA ACTIVA

B. MARIE V.

Que tempus à Pentecoste usque ad Assumptionem complectitur.

RESPONSORIA

dienda post Lectiones in Dominicis et in Officio feriatu toto hoc tempore.